

# B V D A E I

QVÆDAM DE MONE

ta Græca, ad Gallicam pecuni  
am æstimata.

MINA Græca, Drachmas centum conti  
nens, Gallico ære æstimari potest xvij.

Francicis, & x. Solidis Turonensibus.

Stater, aureus Atticus, qui fuit pondere Vn  
ciali, par erat ualore Minæ Græcæ.

Drachma, pars Minæ fuit centesima, & ua  
luit tres Solidos, cum sex Denariolis Tu  
ronensibus.

Didrachmum, quinquagesima pars Minæ  
æstimari potest ære Gallico septem Soli  
dis Turoneñ.

Bos, pecunia Attica, similiter septem Soli  
dis æstimari potest, quia Didrachmus  
erat. Hinc illud Adagium, Bos in lingua.  
Et, quod eiusdem sententiae est, Bos lin  
guæ insidet.

Tetradrachmum, xxv. pars Minæ, æstima  
tur xiiij. Solidis Turoneñ.

Stater argenteus apud Athenienses, quia  
Tetradrachmus erat, eiusdē ualoris fuit.  
Siclus item, Hebræorum pecunia, eiusdem  
ualoris fuit, nempe xiiij. Solidis.